



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 45. Quorumdam Cardinalium obitus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

Sæcul. XVI. C. 1517 *misso ad eligendam sepulturam in Ecclesiis suis sententiam excommunicationis incurrunr. V. Viator sumens habitum Religionis non intendens in Religione profiteri, incurrit culpam peccati. Hanc quoque propositionem declarat esse veram, quando sine rationabili causa sumit habitum Religiosi. VI. Religiosi Ord. S. Francisci non possunt, nec debent in communi nec in particulari habere redditus annuos. Hic articulus inquit Facultas, est verus, & continetur in Extravaganti 23. Exivit.*

§. XLV.

Quorundam Cardinalium obitus.

*Ciacon. t. 3.
p. 422.*

Hoc item anno sacrum Purpuratorum Collegium quorundam Cardinalium luxit obitum. Hos inter recensentur Fredericus Sanseverinas Mediolanensis, Archiepiscopus Viennensis, Cardinalis Diaconus tit. S. Theodori; Jacobus Serranatione Hispanus Oristenensis Archiepiscopus, Presbyter Cardinalis tit. S. Vitalis, necnon Episcopus Elennensis & Prænestinus; Alphonsus Petruccius patria Senensis, Episcopus Suanensis, qui conspiracy in Pontificis vitam conflatae auctor, purpura a Leone X. spoliatus in carcere strangulatus obiit; Ludovicus de Ambasia natione Gallus Albenfis Episcopus, Presbyter Cardinalis tit. SS. Marcellini,

cellini, & Petri; Sixtus Gara de Ruve-
 re Luccensis, Julii II. Papæ Nepos, Car-
 dinalis tit. S. Petri ad Vincula, pri-
 mo Luccæ, & Patavii Episcopus, de-
 mum S. R. Ecclesiæ Pro-Cancellarius.

§. XLVI.

*Arcimboldus ad prædicandas Indul-
 gentias ad Septentrionalia Re-
 gna missus.*

Interim Septentrionis Regna indulgen-
 tiarum occasione non minoribus quam
 Germania, agitabantur tumultibus; il-
 luc a Leone X. decernebatur Angelus Ar-
 cimboldus, ut in Septentrione Legati A-
 postolici munere insignitus easdem pro-
 mulgaret. Hic autem potestatis suæ li-
 mites excedens, variis modis in Dania
 ingentem pecuniarum summam collegit.
 Inde vero in Sueciam delatus, a Regni
 Administratore Apostolicas itidem lite-
 ras promulgandi facultatem obtinuit, at-
 que eo jure usus immensam propemodum
 auri vim congeffit: Nec hæc sola erat
 Arcimboldi cura, nam suam quoque na-
 vabat operam, ut Upsalensem Archie-
 piscopum in Administratoris gratiam re-
 vocaret; nec tamen valuit successus; quip-
 pe Administrator Arcimboldo validas om-
 nino exposuit rationes, ob quas Archie-
 piscopi fidem merito sibi suspectam ha-
 beret;